



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Amentibus, parag. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

a Suar. muniore calculo docent Theologi. a Verba  
 d. h. p. 35. Pii hæc sunt in Carechismo: *Posset quidem  
 statim à Baptismo Confirmatio omnibus admi-  
 nistrari, sed minus expedit pueris illam conferre  
 ante septennium, licet expectandus non sit annus  
 duodecimus.*  
 Illud Leandro libentissimè concedimus,  
 rationabili existente causa, posse, & aliquan-  
 do debere Infantem confirmari, ut, si ti-  
 meatur longa Episcopi absentia, vel brevi  
 Infantem moriturum, vel adsit alicubi con-  
 suetudo pro Infantibus. Certè b Suar. illam  
 eriam causam esse rationabilem censet, si  
 Episcopus vellet ob benevolentiam, similem-  
 ve causam confirmare Infantem, sed re-  
 moto, si quod timeatur, scandalo; nam tunc  
 graviter non peccaret Episcopus, quia ejus-  
 modi usus confirmandi compotes rationis,  
 non videtur esse rigoris magni.

§. I.

De Amentibus.

1. **S**I spes sit, ut Amentes ad rationem re-  
 deant, expectetur, ut expectantur In-  
 fantes; secus, possunt, & debent confirmari,  
 etiam si sint Amentes perpetui, ne scilicet  
 tanto bono, & hujus Sacramenti Characte-  
 re careant. Sic ex probabiliore sententia c S.  
 Thom. aliique.  
 2. Theologia d Seraphica monet: ne de-  
 tur Confirmatio iis amentibus, de quibus  
 constat notoriè, incidisse in amentiam in  
 statu peccati mortalis. Constat, inquit, nam  
 si non constet, vel dubitetur, scimus om-  
 nes, debere eos præsumi bonos, & confir-  
 mandos. Non placet monitio, quia semper  
 dubitari potest aliquod intercessisse lucis in-  
 tervallum, in quo per contritionem bonum  
 statum acquisierint.  
 3. Quod si alicubi Episcopus Amentes  
 confirmare non solet, satis excusabuntur  
 Parentes, si illos ad Episcopum non addu-  
 cant.

§. II.

De proximè morituris.

1. **H**OS, tamen si sint Infantes, posse &  
 debere confirmari ratio modò dicta  
 §. 1. nu. 2. suadet. Excusatio tamen illa esse

solet in promptu, quia ejusmodi infirmi sicut  
 in lectulis jacentes, sive cubescunt, sive ti-  
 ment, ad se Episcopum advocare.

2. Audiant tamen Episcopi quod e Joan. e Jo. Sanc.  
 Sancez ipsis edicit. Si Episcopus (inquit) in scloc. d.  
 adire Carcerem vellet, & ibi Confirmationem 40. nu. 4.  
 ministrare condemnatis ad mortem, exemplum vers. Quod  
 humilitatis, & cura ingentis erga suas oves o- si Episco-  
 stenderet. Audiant quæ scripsit f Quintanad. pus adire:  
 Si suspendendus, (inquit) vel quilibet moribyn- f Quintã-  
 dus Confirmationem petat à proprio Episcopo, il- ad. de Cõf-  
 lum sub mortali teneri ad eam ministrandam, sing. 2. n. 5.  
 docent Angelus, Vivaletus, Fillius, Ottagaria,  
 Suar. Reginal. Laym. quia privet petentem  
 magno fructu. Audiant Sanctissimum Pasto-  
 rem Carolum Borromæum, & Si quis (inquit) g S. Carol.  
 eum periculosè egrotat. Confirmationem sibi mi- in Decr.  
 nistrari petat, tunc Episcopus, si eo loci est, ubi ille 27. Decre-  
 egrotat, no sine hoc Sacramento decedat, eum torum Me-  
 charitate paterna invisat, & confirmet. dional.

§. III.

De Adultis.

1. **P**rimò. Hi statim à Baptismo confir-  
 mantur, si oportunitas adest, quia  
 nihil eos impedit, & sic fortiores reddentur  
 ad fidem profitendam.

2. Secundò. Non tamen iidem peccant,  
 nec mortaliter, nec venialiter, si citra con-  
 temptum, vel quid simile, data occasione id  
 negligant, quia de hoc nullum apparet præ-  
 ceptum: quæ est sententia b Suarii contra h Suarez.  
 Caët. & alios nonnullos putantes, esse ve- de Conf. d.  
 diale. Unde non est fides habenda Lean- 38. sec. 1.  
 dro, i qui trahit ad se Suarium, quasi conce- vers. Quo-  
 dentem esse veniale- circa.

3. Tertio. Nec ullo modo peccant si Fi- i Leandr.  
 deles, qui nondum Confirmari accedunt ad de Conf.  
 facram Eucharistiam assumendam; quia d. p. 9. 7.  
 multo magis de hoc nullum præceptum sine.  
 adest, quicquid aliqui t dicant in opposi- k Tol. Vi-  
 tum. Multo l minus peccant, qui nondum etorel. Sor.  
 Confirmati, Religiosam Professionem emit- apud Dia-  
 tunt, vel alia Sacramenta (præscinde ab Or- nam p. 4.  
 dine, de quo mox) suscipiunt, vel admini- Tr. 4.  
 strant. resol. 50.

4. Verùm Quarto. Quid de suscipienti- l Quintis.  
 bus Ordines, non præsumpta Confirmatio- de Conf.  
 ne? Respondeo. Id magis est controversum. sing. 4.  
 Puto tamen, neque hos peccare saltem mor-  
 taliter,